Monseigneur

No 96.

Exaratas die 29. Januarij Lipsiâ ad me Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ literas, ex hesterna posta rectè recepi perspiciens ex illis, negotium meum Dresdæ determinandum esse, ubi et Dn: Comes Pflugk, cui omnia fusius et circumstantialiter jam â me sunt perscripta, cooperationem suam commodius adjungere haud intermittet, quo tandem illud quod tam justum, ad finem perveniret. Tabellam prætensionis meæ et damnorum provenientium, hic annexam ac S. R. Majestati Domino Nostro Clementissimo monstrandam, transmitto Illrmæ Vestræ Excellentiæ, quæ demonstrat damna quæ passurus quando juxta voluntatem Dn: Generalis Wackerbart acceptare debeo solutionem, qui proprio ausu quod semel S. R. Mti jam placuit, immutare non potest sique uti donum Regium consideraretur, recipere quoque non valet. Si de constitutis solutioni terminis, pro,

visiones Sex per centum tantum, quae ubiq haberi p
Sunt nec minori a°me dantur mutua, computarentur, ea d
ita tamen, viginti duo millia et quadraginta quinq
periales in specie efficiunt. Coeterum, quando jam e
plena de toto negotio informatio, ac S. R. Mti om
exposita, spero nullam jam fore amplius difficulta
ac proximis Illrmae Vrae Excellentiae ulteriorem expect
responsionem, ejusdemq me comendans propensioni, om
Officiorum promptitudine, ac venerationis cultu, in
Santer maneo,

(Margin: + ego autem mutuando pecuniam, vix pro decem habere possum,)

Monseigneur

de Vôtre Exellanc
le treshumble t
obligé Serviteur
Ferdinand Duc
de Cur

Gedani die 7. Februarij
a°. 1711

Je souhaitte que ceci vienne a tamps, l'on debite icy que mon Neveu est mort, des autres lettres disent que c'est la Princesse de Moscovie, l'Envoye Bergshorn est aussi mort, bet l'on me parce le deuill pour cela a Mittau come Mr Grabau me mande

Celsiss.^m Dux Curlandiæ &c.
Februarij 1711

230.